

ut piper, ob hoc particeps est crassarū partiū superfluitatis aquosę, ideo facile sauciat

ΣΥΖΘ

Zythus acutior est ordeo, & mali succi, utpote ex putredine factus, & sufflans, acutum & calidum habens, plurimum uero refrigerans, aquosum acidum.

ΣΥΜΗ

Zyme, fermentum tenuium est partiū, & mediocriter calidum, ob hoc securum & sine uellicatione, euellit autem radicitus & distrahit. Miscetur ex contrarijs potentijs, acore, frigiditate, & caliditate, & aliorum, & farinae.

De uaria terrarum qualitate.

Quæ sint stirpium partes, & fructus, & succi, et iura, dictum est hactenus, Nunc reliqua medicamina prosequamur, quæ sint terræ species, & quæ nã metallorum. Terram ex cõsuetudine uocant omnes eam solam essentiam, quæ humore ammixta, lutum efficitur, nam quę in metallis inuenitur, dura euadit, intingi autem dicitur, cum per totam humectatur essentiam. In sola aspergitur superficie, eū nō introrsum penetrat humiditas. At ois terra aridam uim habet, quoniam natura suapte aridū habet corpus, & cum ad mo

Hum flagrantis fuerit immixtæ essentiaē si
ne controuersia arefacit, accidit ut abluan
tur. Aiquæ ablutione non egent, aliqua
& bis & ter ablutioni subiiciuntur. Quod
si exercitum gustadi sensum habeas, iudex
ipse tibi fueris idoneus, siue abluenda terra
sit, seu secus, acuta ne sit, an acerbescens. At
quoniam essentiam nullam possis inuenis
re puram & simplicem, considerandū est,
quæ nam demum ea sit mixtio, in acumi
nis grauitatisq; differentia, ac gustus. Acer
bitatis nanq; habet apparentiam tantum
adepta frigiditatis, quātum & acerbitalis.
Quod si acuminis quidpiā indicarit, tan
tundem habebit caliditatis, quantum acu
minis, & quidem leuis cū aere se particeps
est essentiaē largæ. In perpetua ipsius essen
tia, grauis quo magis fuerit, tanto magis
integra terra. Quæ igitur calida, califaciēs
inquam erit, quæ autem frigida & acerbe
scens, ea refrigerat & expellit, quæ uero ab
stergens, citra manifestam caliditatem, are
facit certo, quæ uero glutinis multum ha
bet, non absterget, & glutinosum, magis
emplasticam habet essentiam, nō ad abster
gendum idoneam. Cum autem nullū acu
men affuerit tenacitati, quemadmodum
in uisco est uidere, maxime necessarium est

hoc nō ignorare, sed in omni materia me-
minisse, quæ in usum Medicinæ succedat,
multi nanq; nominant exusta ab ipsis frigi-
da effecta, contra aliq; augeri caliditatem &
intendi putant ex ustione, allucinantur, in
Aetius quit Aetius, utriq;. Cuncta igitur acuta
exusta multo plus caliditatis absoluunt,
quæ uero non fuerint eiusmodi exusta, cal-
liditatem admittunt. Perfecte autem frigidum
nihil ustum efficitur, relinquitur itaq;
ipsis uelut incēioni partiū tenuitas, hocq;
est iuxta exustorum ablutiones abstergens
nō accedente aqua, quod relinquitur usti
essentia terrestris frigida euadit, quæ mani-
festo arefacere possit. At aqua qua medica-
men ablutum est, calidam potestatem ade-
pta est partium tenuium. Hoc igitur pri-
mum patefacto, iam opportunum fuerit
dicere, quemadmodum conueniat omnē
terram minime ustam abluere, quæ modo
ablui queat, nam quædam ablutione non
egent.

Quomodo diluenda oīs terra.

γδ

Diluitur terra omnis hoc modo, aquæ
quidem ammiscetur, nullam manifestam
qualitatē medicaminis habens, constituto
aut luto, eductaq; desup aqua, deinde sepa-
rata ab inherētibus lapidosis et harenosis.

Cura quæ fit ex perfecte culta terra.

Cultæ terræ omnis pinguedo utilis est ad omnium partium, quæ possint are fieri curam inde ipsa in Alexandria perque Ægyptum utuntur. Vidi, inquit Aetius, Alexandriae hydropicos ac lienosos quosdam utentes luto Ægyptiacæ terræ, inter quos multi crura, & coxas, & lacertos, & brachia, & dorso, & latera, & pectora luto eius terræ perliti, manifesto subleuati sunt, inflammationesque antiquas & laxitates inflationum amouisse ipsum lutum, ut perspexerim, inquit, habitum totius corporis aquosi ex hæmorrhoidibus immensis exinanitionibus factum manifesto adiutum esse, & quosdam aliqua in parte dolore uexatos diuturno eo luto perfecte liberatos, ita Galenus & Aetius. Straton autem de terra inquit aduersum ueterem capitis dolorem à balneo sordem illam cœnosam sume uel à calida aqua miscendo dilutæ nigræ terræ utere, uel tolle rosarum coctionem miscendo terræ utitor capiti, uel fideliam aceti subigens terræ utere cum lauri coctione, uel testam clibani leuem miscendo terræ nigræ præbendo samsuchi apozema, uocemus nos feruentiam, ea utere, Ad corporis autem scabiola & impetiginosa exanthemata co

αἰμορροϊ
δες ἀσάν
guinis flu
xu appel
lati sunt

ἀπόζεμα Georatio si
mifay mēdm
maz nos aqūd
qua roqmt
quod de
coctū est
dicitur

ctio lupinorum amarorum miscendo ter
re nigre fiat, ea utere, uel fideliam ab aceto
diluendo, decoctionem rute miscendo ter
re similiter utitor, uel glebularum salis inueni
tas in fundo uasis, & garo fidelie diluendo
& miscendo terre utere, utpote efficaci, uel
columbe fimum, miscendo terre salicq, fa
cta in cacabo coctione utere. Ad tussim ue
terem, cum malo habitu coctio ossium ui
tulinorum terre misceatur, ea unge thora
cem, uel fideliam & melle diluens, similis
ter miscendo utere, uel fiat coctio cumini
& ^{melle} melanthij, quod git & latinis appellatur
similiter utere. Ad lienosos cinerem ex pal
mitibus, & cadentem e uitibus guttam, fer
cemq; aceti misceto terre & utitor, uel co
ctione foliorum capparis misceto & utere,
uel apozema serapiadis herbe triorchis mi
scendo utere. Ad hydropicos testas & falso
re attritas, leuigando miscendo terre uti
tor, uel uituli, uel porci carnis garum abster
gens utitor, uel alumen ustum & pulei usti
cinerem misce luto & utere, uel bolbita
bouis arida dissoluta misce terre & utere
oxymel ammiscendo bouis maris, mari
languenti, & foeminae languenti foeminae,
uel sampsucum marina aqua coquito &
ammisceto terre ac utitor, uel coctioni lu

Sic nota ² sda spes satyrioidis

pinorum amarorum falsorum componis Ischiadici
to, misceto terræ & utitor. Ad ischiadicos sunt qui
omnes refrigeratos, in omnibus nervosis dolore co
partibus, coctione ossium vitulinorū sam xendicū
piuchum coquendo, & miscendo albę ter uexantur.
ræ utitor, uel porri & allij coctioni misceto
terram albam & utitor, uel costum, & cas
siam, iuncum, aspalathum, xylobalsamum
& sampsuchū dissecta omnia coquito cū
hydrelæo, & luto misce & utere, uel sapam
albesto misce et utitor, uel capra spyrathos
et ^{morra}bolbita bouis arida dissoluendo una cū
sapa compacta ex cerote raphanina luto
asperge & utitor. Ad podagram à capite
ad inguina usq; luto perfundatur proposi
tus, at ab inguinibus ad pedum manuūq;
ungues usq; eis quę sequuntur uituli poste
riores pedes comburendo cum unguibus
& dissoluendo misce terræ ac utitor, & leu
cographidem diluendo cum aqua, in qua
sæpius candēs ferrum extinctum sit, & alu
minis unciā ammiscendo terræ utere. Ali
ud, aluminis humidi unciā una, gūmi un
ciæ . 6 . cerusæ unciæ . 9 . mel anterix un
cię . 5 . misys uncię . 6 . salicis uncię . 9 . olei
myrtini uel cicini uncię . 24 . aceti hexagia
36 . dilue & misce terræ omnia & utere.
Aliud, Aluminis lithargiriij misyos succi

Vino cos
gnata res
sapa est,
musto des
cocto, dos
nec tertia
ps suplit

ana drachmas . 4 . sumpta cerote myrtina
 humida & ammiscendo terrā utitor . Aliū
 ud, quo Eparchus curabat philinus succo
 solum aluminis, cyperi, agni, gallæ, croci,
 tamarisci fructus, roris marini cuncta simul
 dissolutissima faciendo arefacta repone, &
 cum usus aduenerit aquam admittendo et
 commiscendo terræ utitor . Illo tum uero
 expedit exhaurire decoctione persicorum
 præmaturorum coctionem foliorū cypri
 miscendo terræ utitor, uel coquendo gallā
 & miscendo coctioni terram utere uel aca
 ciæ, chalcanti drachmas . 2 . leuigando,
 subigendoq; aceto arefacito, & misceto lu
 to, utereq; uel ceruse, lithargiri ana drach
 mas . 24 . olei myrrhæ . 34 . aquæ quantū
 satis sit misceto cū terra & utere, ac de agri
 colarū quidē terra hæc in p̄sentia satis.

Terra sigillata
disiurat sine
magisterialibus
o terra sigillata
lata qm qd
colliuor
triditoh
expm

Quæ lem
 nia appellatur terra
 in cauernoso quo
 dā lemni cuniculo
 nascitur.
 Dios. li. 5.
 cap. 67.

Lemniam terram quam uocant sigillatam sumere expedit paratam in loco diluam tam semel, altera dilutione non eget, aliquñ alij humiditati immittitur ualde efficax. In uiciosis cōsuetudinibus & putrescentibus si quando utimur lemnia, magnopere prodest, usus autē est pro magnitudine uitiositate hulceris, nam plurimū male olens gracie & sordidū & uetus sustinetur aceto acutissimo dissoluta. Lemnia terra in lutosa

*Alranzi terra sigilla qm est bona si puluerizet ex ea i os aq fluit sanguis stri
 git cu stah. et nu e mca q abscondat ita oie fluxu sanguis pmt ista.*
*Auroras collig. Terra sigillata e frigidu et suta p staphintum ipata u ptra uimem
 abscondit spm sanguis. et dissoluta q promittit ab mstinit et opari et hysiat pna
 apo qn sup pait eis. Raro ugit ap nos no sopbitata.*

substantia immixta uino recentibus addita uulneribus, ea glutinat. Pota uero, sanguinis educationibus congruit, & medicaminibus lethalibus, & morsis ab aliquo uirulento uenenofoque aculeo. Immissa autem per clysterem cum succo arnoglossi, dyssentericos magnopere iuuat prius absolutis salore hulceribus. Datur etiam hæmoptoicis sanguinem eiectionibus, pota cum oxycrato.

Miltus, minium, uim habet acerbescens, emplasticam exarefacientem, ideo etiam emplastris uulnerosis ammiscetur, & passili arefaciunt & exugunt. Sistit aut aluum cum ouis assumpta & diluta, educit etiam uermes pota. Antecedit autem oēs sinopica nuncupata, sed in Capadocia nata, quæ est densa, & grauis, & conculcata colore, & coloris unius, multique succi.

Cimolia terra seu enteria, uim expellendi ac refrigerandi habet, leuiterque distrahendi, quæ amixta alijs expulsois ac refrigerantibus, uim suam ostendit manifestam. Ita igitur igni exustis succurrit cum aceto mixta & illita. Illud autem meminerimus de omni terra leui, cuncte namque tales profunde igni ambustis subito illitæ cum aceto impediendo pustulas educi.

μίλτος οτι
νωπική
Dios. li. 5.
cap. 65.

γηκιμο Συμπυριου
λίου, πολλοις . terra alba
= terra argentea uocantur.

^{HYTA}
γῆ Σαμία

Samia terra non eget ut diluatur, utuntur autem ipsa potissimum ex duabus, una quam astra samiam uocant, quæ facit ad sanguinis insputatiões, pota ubi euenerint tum potu tum appositione præbendo per arnoglossi succum, præcipue præueniendo inflammata hulcera quæ non sustineant acuta medicamina, & in mollibus carnis bus. Conciliat namq; in primis humiditas & laxas partes, unde sumitur in mammis & testiculis, dissoluta cum aqua tanto rosa ceo iniecto, ut non permittat medicamentum arefieri, ita instructum probe est. Alijs quoq; inflammationibus, quæ calide, et ab inguinibus oriuntur, & podagricis fluxibus, & in totum ubi mediocriter uelimus frigefacere, conciliando ut facile sit intueri samie terre uim mediocriter refrigerare, est namq; aerosa & glutinosa. Differt autem samius aster à terra samia, quo magis glutinosi habet & emplastici.

Stilla terre. Intra pel
le. unde f. s. de stilla.

Σελύφιν γῆ
Σελύφιν
Σελύφιν

Selusina terra & chia abstergendi admodum temperatam uim habet, ideo quædam mulieres ea usæ arguuntur, quod arefaciat incorrupte, & abstergeat, quod neq; caliditatis, neq; frigiditatis manifeste sit particeps, & perinde in ueteribus est utilis hulceribus, cuiusmodi sunt igni exusta. Quæ

magis emplasticam uim habent, ea nō ab-
stergent, id nancq̄ echecollū glutinosumq̄
impedit.

Ampelitis terra, quę pharmacitis dicta, γῆ ἀμπῆ *L. uiti uitis.*
quod uim obtineat euidentiore, quod λίτις
agricolę ea liniant germina & radices ger-
minantium uitium, ne quę bestiolę uites
oblędant. Quod autem uermiculos peris-
mat, uim habet medicaminis apertam, nec
omnia habet conciliata. Arefacit autem
duntaxat, ideo medicaminibus ammiscetur,
ubi arefacere quicquam ac distrahere
conueniat.

Cretica terra propemodū est ut samia
atq̄ consimilis, sed aliquantulū imbecilla
est, multum habens aerosum, ideo etiam
abstergens incorruptibile quiddam, quod
etiam abstergat argentum.

De omni comburente terra.

Quoniam nonnulli medici peruerse fa-
cientes terram amburunt, qua utantur in
hulceribus, quę incorruptibiliter areface-
re oportet. Noris quemadmodum magis
tenuium partium est exusta, & acutior, ut
ad distrabendi uim perueniat. Sin autem
exusta abluatur, acutum, aqua relinquēdo
aspectu tenuium facta partium, magis are-
faciens euadit, quod nō uita omnis in hul-

ceribus sit utilis adhuc magis cum exusta
fuerit ad ea quę difficulter carnescunt, diffi-
culterq; cicatricescunt utilis est.

De Armenio Bolo.

Est etiam alia armenię confinis Capas-
docię maxime arefaciens terra, uim has
bens colore liuidam, lapidem ipsam nos
minauit Hodus, neq; est friabilis sicut calx
& samius aster, non utiq; similis leui asteri,
ideo magis ipso dēfescit, minusq; est aëro-
sa, ideo ipsam spectantibus incuriosius, las-
pis esse uidetur. Ea uehementer arefacit,
opitulaturq; torminosi & fluitationibus
uentris, sanguinisq; sputamenti & destilla-
tionibus, & insuper purulentis oris hulces-
ribus, & à capite in thoracē destillantibus
prodest. Et perinde hac de caussa difficul-
ter flantes plurimum iuuat, & quicūq; uo-
mica laborant, arefacit nanq; ipsorū huls-
cus ut non amplius tussiant. Post liberati-
onem uero ægritudinis secrete agentibus
reuersio ægritudinis erumpit. Gleba his
opem fert ex Armenia, adhucq; magis eis
qui diuturna difficultate flatus laborant.
In huiusmodi magna peste omnes hanc bi-
bentes cito curati sunt. Qui uero adiuti
non sunt omnes extincti nequidem alio-
quopiam adiuti, unde manifestum quod
solos

solos incurabiles nō iuuat. Potatur autem
 cū uino tenuis substantiæ, mediocriter mi-
 xto, si prorsus homo sine febre sit, uel etiã
 si parum admodum febricitet. Multū au-
 tem aqua intercuti languentes iuuat, nisi
 febres sint uehementes, calore pestiferę ubi
 hulcera arefacere necesse sit. Vim suam ha-
 bet gleba Armenica, quam Bolum Arme-
 nium hodie uocant uulgo omnes illorum
 uoce nominata zarinaca, Syrorum autem
 zarinacha. Mons autem in quo gignitur
 ciuitatis est quę nominatur Baguanana.
 Ager in quo mons est, nominat Agaraces

Lapis hæmathites.

A Coloris similitudine ita nominatus
 est, attritus namq; molis uel cotibus,
 cruentum succum remittit. Frigidi-
 tatis autem tantum particeps est, quantum
 etiam acerbitalis. Solo autem eo utimur,
 cum supercilia sunt asperiora, si huiusmo-
 di pariter inflammentur, uel si qua fuerit di-
 scriptio, quod si citra ardorem sit, ab aqua
 incipe semper & mediocriter humido in-
 fundendo. Cum uero languens, fert uim
 crassiorem, semper exerceto & finiēdo ita
 crassum feceris, ut perponi sansam inferas,

λίθος αιμα
 τικης
 probatiss.
 hæmathis
 tes lapis q
 friabilis,
 rubēs, aut
 niger est,
 in se ipso
 durus, &
 æqualis.